

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 8: De luxuria (13)

Idem (Isidorus):

Fornicatio carnis adulterium est;  
fornicatio animi servitus idolorum est.  
Est autem et spiritualis fornicatio secundum quod dominus ait:  
Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam,  
iam mechatus est in corde suo.  
Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur.

Fornicatio carnis adulterium est,  
fornicatio animi seruitus idolorum est.  
Est autem et spiritualis fornicatio secundum quod Dominus ait:  
Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam,  
iam moechatus est eam in corde suo.  
Omnis inmunda pollutio fornicatio dicitur,  
quamuis quisque diuersa turpitudinis uoluptate prostituatur.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.39.18-19 (CCSL 111,  
P. Cazier ed., pp.174-5, ll.99-104).